transfretarūt. Cumque vir dei ad si-
gibertū regem cū suis puenisset. ro-
gauit eū rex ut infra gallias resideret.
nec eis relictis ad gētes alias cōmig-
raret. se vero spospondit oīa que sibi
pr̄ peteret pbiturū. Ad hec vir dei
respondit. Qui nr̄a reliquimus ut scḋm
euāgelicā iussione dn̄m sequeremur.
nō debemus alienas amplecti diuicias.
ne forte puaricatores simus diuini
mandati. Cuius obiectioni rex ita occ-
urrens ait. Si crucē tollere et xp̄m
sequi desideras. vaste heremi sectare
quietem. Tantū ne solo nr̄e dicionis
relicto. ad vicinas transeas naciones.
Poteris enī hoc 9silio et tua p̄mia
cumulare. et nr̄e saluti pspicere. Itaque
regis psuasioni cōsensit. et accepta
optione heremū que vosegus dicitur
cū suis intrauit. Inuenerūt autē locū
muris antiquitus septū. calidis aqs
exiguū. sz iā vetustate collapsum.
qui vulgo luxouiū vocabatur. ibi ora-
toriū in honore bti petri apli cōstru-
entes. mansiunculas in qbus 9manerent
fecerūt. Illisque ibi querēntibus et ipm
locū extolentibus. multi non solum
de genere burgundionū. sed etiam
francorū. amore vite laudabilis
ad ipos 9fluxerūt. Et monitis spiritua-
libus instituti. tanta cōpunctiōis grām
ex vbis eorū adepti sunt. ut oīa sua
ad ipm locū nō nulli cōtraderent. et
coma capitis deposita. monastice vite
habitū voluntaria paupertate susciperent.

[iii] Cumque hec tā felix cōmanenciū
semp in melius pficeret disciplina.
singularis bti columbani sāctitas
miraculis frequētibus comprobata.
p totas cepit gallie vel germanie
diffamari puincias. Laudabatur ab
oībus. colebatur a cunctis. adeo ut theodo-
ricus rex filius hildiberti nepos sigib-
erti. qui eo tempore burgundionibus
regnabat. ad eū sepe veniret. et pcū
eius suffragia sūma cū deuotione
deposceret. Quē cū pr̄ sc̄s increparet.
cur cōcubinarū pollueretur amplexibus.
et nō pocius legittime coniugis conu-
bio frueretur. monitis eius obtēperans.
cūcta huiusmodi illicita se vitaturū pm-
isit. Sz brunnihildis auia regis videns
eū viri dei cōsiliis obedire. stimulo
malicie cōcitata. mentē serpentino
furoris armauit veneno. Verebatur
enī. ne si abiectis cōcubinis regina
in cōsorcium regni assumeretur. dignitas
sua honore subtracto vilesceret. Quo
timore laborās. inuidiā cōtra virū
dei cepit habere. Et plus multas iniurias
quas illi machinata est. ut scripta
sc̄e cōuersacionis eius testatur. Consilio cū
rege inito ut eū regno suo deturbaret.
misit legatorios suos cum epistola
ad sc̄m virū. denūcians ei ne deinceps
in illo regno cōsisteret. Ille [in] iezabelis
insidias vitans. iter cū suis aggressus.
ad lotharium regē puenit. Aput quē
cū aliquāto tempore moraretur. rog-
auit ut illius solacio ad theodebertum
austrasiorū regē puenire potuisset.
Adque cū scḋm peticionē voluntatis
sue venerabiliter missus eet. susceptus
ē ab eo cū oī honore et gaudio magno.
Mansit itaque aput illū aliquot diebus.
sacras scripturas aperiens. et insinu-
ans ei veritatē. Cumque et ipm rogaret.
ut ad agilolfū regē langobardorū
eius iussu palamanniā duceretur.
Moleste ferēs rex tātorū discessum
virorū. pollicitus ē eis infra terminos
sui regni se reperturū loca venusta.
q famulis dei et ad incolendū essent
comoda. et ad instruendas vō vitatis
circūpositas naciones oportuna.
Vir dei semen verbi in cordibus gencium
plantare desiderans. aliquantisper
moraturū se pmisit. si regia auc-
toritas factis dicta firmaret.

[iiii] Accepta igitur a rege licencia eli-
gendi locū vbicumque voluissent.
dū loca plurima plustrasset. venerūt

Ex Eusebio, q hoc Thad. dro apto tribuit.

Vosegus.

Exc.